

*SY.* at tu pol tibi istas posthac comprimito manus!— 590

30 *censen vero? quid illum porro credas facturum, Chreme, nisi eum, quantum tibi opi' di dant, servas castigas mones?*

*CH.* ego istuc curabo. *SY.* atqui nunc, ere, tibi istuc ad-  
servandus est.

*CH.* fiet. *SY.* si sapias; nam mihi iam minu' minusque  
obtemperat.

*CH.* quid tu? ecquid de illo quod dudum tecum egi egisti, 595  
Syre, aut

35 repperisti tibi quod placeat an non[dum etiam]? *SY.* de  
fallacia

dicis? est: inveni nuper quandam. *CH.* frugi es. cedo  
quid est?

*SY.* dicam, verum ut aliud ex alio incidit. *CH.* quidnam,  
Syre?

*SY.* pessuma haec est meretrix. *CH.* ita videtur. *SY.*  
immo si scias.

vah vidē quod inceptet facinu'. fuit quaedam anu' Corinthia 600  
40 hic: huic drachumarum haec argenti mille dederat mutuom.

*CH.* quid tum? *SY.* ea mortuast: reliquit filiam adule-  
scentulam.

ea relicta huic arraboni est pro illo argento. *CH.* intellego.  
*SY.* hanc secum huc adduxit, ea quae est nunc apud uxorem  
tuam.

*CH.* quid tum? *SY.* Cliniam orat sibi uti [id] nunc det: 605  
illam illi tamen